

*occiduum delabatur, opponunt. Deinde clientum turba dividitur. Alii siquidem Domino suo reverenter assistunt, nutumque ejus, si quid forte jubeatur, curiosa nimis, velut rimatores siderum, observatione custodiunt. Aggiugne più altre cose, tra le quali scelgo solamente le seguenti: Non dissimilis & illa creditur esse dementia, dum lectulus tam operosis decussatur impendiis, ut ornamentum sacrosancti cujuslibet, vel ipsius Apostolici, præcedat Altaris &c. Hoc ergo modo quum sobrietas soleat commendare Pontifices, effusis nunc opibus facti sunt helluones. Regalis itaque purpura, quia unicolor est, vilipenditur; pallia vero diversis fucata nitorebus ad sublimis lectuli deputantur ornatum. Et quum domestici murices nostris aspectibus sordiant, transmarinorum pelles, quia magno pretio coemuntur, oblectant. Ovium itaque simul & agnorum despiciuntur exuviae. Ermelini, Gebellini, Martores exquiruntur, & Vulpes &c. Tædet cetera vanitatis attexere, non ridenda, sed gemenda ridicula. Fastidium est, tot ambitionis ac prodigiosæ vesaniæ dinumerare portenta. Papales scilicet infulas, gemmis micantibus, aureisque bracteolis per diversa loca corruptas. Imperiales equos, qui dum pernices gressus arcuatis cervicibus glomerant, sessoris sui manus loris innexas, indomita ferocitate fatigant. Omitto anulos enormibus adhibitos margaritis. Prætereo virgas non jam auro gemmisque conspicuas, sed sepultas. Numquam certe vidisse me memini Pontificales baculos tam continuo radiantis metalli nitore connectos, sicut erant qui ab Esculano atque Tranensi gestabantur Episcopis.*

ORA se i Prelati Ecclesiastici, sì forte sfoggiavano nel Lusso, vogliamo noi credere, che fossero da meno i Principi e Grandi del Secolo? Vegghia ciò che scrive Donizone nel Lib. I. Cap. 9. delle Nozze di Bonifazio Marchese e di Beatrice, poscia Genitori della Contessa Matilda. Anzi sul principio del Secolo X. in cui da un Anonimo fu composto il Panegirico di Berengario I. Augusto, noi troviamo gl'Italiani anche allora vaghi del Lusso e della buona tavola. Introduce egli un Franzese, che si fa beffe de gl'Italiani colle seguenti parole:

--- Quid inertia bello

*Pectora, Ubertus ait, duris pretenditis armis,*

*O Itali? Potius vobis sacra pocula cordi,*

*Sæpius & stomachum nitidis laxare saginis,*

*Elatasque Domos rutilo fulcire metallo.*

Ecco gl'Italiani di que' tempi dilettranti delle gozzoviglie, e superbi per la magnificenza e ricchezza delle lor Case. All' incontro così dipigne i Franzesi.

*Non eadem Gallos similis vel cura remordet,*

*Vicinas quibus est studium devincere terras,*

*Depressumque larem spoliis hic inde coactis*

*Sustentare*

Diff. Ital. T. I.

K k

La